Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



32

tenus insiliens, tam diu inibi permansit, donec pene
exsanguis effectus, etiam a calore carnalis concupi-
scentia totus refrigeret. Et iterum C. 2: Cum ad-
huc puerulus gravi capitis dolore vexaretur, decidit
in lectum. Adducta autem ad eum est mulierula
quasi dolorem mitigatura carminibus. Quam cum
ille appropinquantem sentiret -- cum indignatione
magna exclamans a se repulit et abjecit. Nec defuit
misericordia divina bono zelo sancti pueri: sed continuo
accepit virtutem, et in ipso impetu spiritus surgens, ab
omni dolore liberatum se esse cognovit. Et C. 3: In
lectum dormientis injecta est puella nuda. Quam ille
sentiens cum omni pace et silentio partem sui lectuli
quam occuparat cessit, et in latus alterum se con-
vertit, atque dormivit. Misera vero, licet impudentis-
sima esset, erubuit, et horrore ingenti atque admi-
ratione perfusa, relicto eo surgens aufugit. -- Inter
haec Bernardus cogitans et perpendens, quod vul-
go dicitur, non esse tutum, diu cohabitare serpenti,
fugam meditari coepit.

26) Guillelmus ~~de~~ S. Theodorici Abbas Vit. S. Bern.
c. 3.

27) Guillelmus idem C. 4. Exordium parvum
c. 17. Exordium magnum Dist. 1, c. 22.

28) Instrumentum tabularii Firmitatensis apud
Manriquem Ann. ad an. 1113 c. 2

29) Tabula Firmitat. apud eundem C. 3: ubi Co-
mes fundator ~~non Savarius sed~~ Gauderius no-
minatur. Savarium appellat Jongelinus Notit.
Abb. Cist. l. 1. De B. Bertrando Abbate, qui obiit
an. 1114 ~~de~~ vid. Henriquis Menologium ad 10 Apr.

30) Vincentius Burgundus Spec. hist. l. 30.
Manriques Ann. ad an. 1114 C. 2; et ~~Chron~~ ad an. 1132
c. 7 e Chronico Altissiodorensi. De B. Hugone
Henriques Menol. ad 21 Januarii.

31) Guillelmus Ab. S. Theodorici Vit. S. Bernardi
c. 4, et 5.

32) Idem c. 7.

33) Guilleneus Ep. Lingon. diplomata dato
an. 1126 apud Jongelinum Notit. Abb. Cistere.